Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 247



lentem cuidam cẽturioni iam xp̄iano tradi
dit. cuius rogatu pergens in vicum lepro/
soꝝ vt ibidẽ ꝓpter furorẽ gẽtiliũ latitaret.
populus eũ insecutus ẽ ⁊ vsqꝫ ad mortem
diutissime cesus est. Ubi p. vij. dies super
uiuẽs ⁊ discipulos admonẽs spm̄ tradidit
⁊ ibidẽ a xp̄ianis honorifice sepultus ẽ circa ā
nos dn̄i. lxx. sub Uespasiano. De h' mar/
tire sic dicit Ambroꝰ. in p̄fatõe Apollinaris
dignissimus p̄sul a principe petro Rauen/
nã mittit' Ihesu nomen incredul' nunciare
Qui dum mira virtutũ illic signa ꝯferret:
in xp̄o credẽtibꝰ seuis verberꝝ flagellis sepe
ꝯterit'. ⁊ senile iã corpus ab ĩpijs horren/
dis cruciatibꝰ laniat'. Sed ne de suis vexa
tionibꝰ fideles trepidẽt in virtute nõis Je
su xp̄i signa apostolica ꝑfecit Post tormẽ
ta puellã resuscitauit mortuã. visum ꝯspi/
cuum cecis reddidit. ⁊ muto restaurat loq̄
lam. obsessam a demonio liberat. ꝯtagionẽ
mũdat leprosi. dissoluta morbo pestifero sa
nat mẽbra. portentũ simulachri simul cum
tẽplo deiecit. O dignissimus admiratõe p̄
conij põtifex qui cũ pontificis dignitate apo
stolicam ꝓmeruit accipe ꝑtãtem O fortis
simus athleta xp̄i qui etatis iã frigescẽte ca
lore cõstanter in penis Ihesum xp̄m mũdi
predicat redemptorem

De interp̄tatione nominis.

Christina quasi crismate vncta. Ha/
buit enim balsamum boni odoris in cõ
uersatione. ⁊ oleum deuotionis in mente.
⁊ benedictionem gratie.

## De sancta Christina.

Christina nobilis
simis parẽtibꝰ orta in tyro ytalie
a p̄re suo in quadã turri cũ. xij. pedissequis
collocata ẽ. deos argẽteos ⁊ aureos secum
hñs. Et cũ pulcherrima eẽt ⁊ a multis ĩ cõ/
iugium peteret': parẽtes eius nulli eã vole
bãt ꝯcedere. volẽtes vt in deoꝝ cultura vir
go maneret. Ipa ãt a spũ sc̃o docta ydoloꝝ
sacrificia abhorrebat. ⁊ incẽsa dijs imolan
da in fenestra abscõdebat. Uenienti ãt p̄re
eius pedisseque dixerũt. Filia tua dñe dijs
nostris immolare ꝯtemnit. sed xp̄ianam se
eẽ asserit. Pr̄ ãt ei blãdiens ad deoꝝ cultu
ram eã ꝓuocabat. Cui illa. Noli me voca/
re filiã tuã sed eius quẽ sacrificiũ laudis de
cet. Nõ enim dijs mortalibꝰ sꝫ deo celi offer/
re sacrificiũ laudis decet Cui pr̄. Filia mea
ne vni deo tm̄ officiũ offeras ne tibi alij ira
scant'. Cui illa. Bñ locutus es nesciẽs veri
tatẽ. Offero enim sacrificiũ p̄ri ⁊ filio ⁊ spũi
sancto. Cui pr̄. Si tres deos adoras cur e/
tiam ⁊ alios non adoras. Cui illa. Tres il
li vna deitas sunt. Post h' christina deos
cõfregit ⁊ aurum ⁊ argentũ pauperibus ero
gauit. Rediens pater vt deos adoraret sed
ipsos non inueniens ab ancillis quid de il
lis christina fecerit audiens iratus iussit eã
expoliari ⁊ a. xij. viris cedi: adeo vt ipsi mi
nistri deficerent. Tunc christina patri di/
xit. Sine honore ⁊ pudore abhominabilis
deo: qui me cedunt deficiunt. pete ill' a dijs
tuis si vales virtutẽ. Tunc cathenatam eã
in carcerem mitti iussit. Audiens hec mr̄ ve
stimenta sua scidit ⁊ ad carcerem pergẽs fi/
lie pedibus se prostrauit dicens Filia mea
christina lumen oculorum meorum misere
re mei. Cui illa. Quid me dicis filiam tu
am? Nescis quia nomen dei mei habeo?
Cumqꝫ nil sibi posset persuadere ad viruꝫ
redijt et quid sibi respondit indicauit Tũc
pater iussit eam ante tribunal suum duci.
Cui dixit. Sacrifica dijs. sin autem mul/
tis afficieris supplicijs et mea filia nõ dice
ris Cui illa respondit. Magnam mihi gra
tiam prestitisti quia iam me non vocas filiã
dyaboli. Quod autem de dyabolo nascit'
demon est. Tu es p̄r ipsius sathane. Tũc
ille iussit carnes eius vngulis radi. ⁊ mem
bra eius tenera dirumpi. Christina autem
de carnibus suis accipiens in vultum p̄ris
proiecit: dicens. Accipe tyranne ⁊ carnem
a te genitam comede. Tunc pater super ro
tam eam posuit: ⁊ ignem cum oleo accen
dit. Sed flamma maxima exiliens mille
quingentos viros occidit. Pater autem

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0246
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG